Vere fui conturbatus. q̄a Filij hominuꝫ ſcꝫ iudei qui deberent eſſe filij dei et ſunt filij dyaboli qui licet in paſſione manꝰ haberēt inermes. os tamen habuerūt armatum. nā dentes eorum ſunt arma. ſ. impia eorū cōſilia ſagitte verba volantia vſqꝫ opera-tionem mortis emiſſa et lingua eoꝝ gladius acutus dum clamarēt crucifige crucifige eum.

O deꝰ pat mi illi ita faciūt ꝯ me ita me deridēt. Sꝫ tu fac me reſurgere et exaltari ſuper celos ad dexteram tuaꝫ et per hoc in omnē terraꝫ dilatabitur glīa tua.

Poſtq̄ꝫ xp̄s interpoſuit de ſua exaltatione reuertitur ad inceptam narrationeꝫ de ſua paſſione dicens. Laqueum parauerūt pedibus meis quaſi latenter dum interrogationes inferebant doloſas vt ſi liceat cēſum dare ceſari. et de adultera cum interrogant quid ipſe dicerē et incuruarunt vitam meam deiiciendo me in morteꝫ. Foderunt ante faciem meam foueam ꝛ hoc cum in facie mea dixerunt clamantes reus eſt mortis. qui ideo dicti ſunt foueaꝫ fodere. quia eum neci viſi ſunt tradidiſſe ſed hoc agendo xp̄o qui patiens fuit non obfuerūt ſed ipſis iudeis qui ceciderunt in foueā ipſam mortis quando poſt xp̄i reſurrectionem capti diſperſi et interfecti ſunt inē fecerunt xp̄m et interfecti ſunt ꝛ vnde ſe regnum obtinere putabant inde p̄diderunt

O deus pater et ſi inimici mei laqueuꝫ parauerunt pedibus meis et foueam foderūt an̄ faciē meā nihiloīꝰ Paratum ē cor meum ad tollerantiam paſſionis vſqꝫ ad mortem. et p̄ reſurrectionis gloria quā modis omnibus mihi ſpero affuturam paratum cor meum ad agendas gratias. nā cantabo ore et pſalmum opere dicam.

Et vt hoc poſſim explere. Exurge glīa mea que hactenus latuiſti exurge potenter caro que fuiſti pſalterium diuina operans. et cithara humana patiens exurge dico et letare quia certus ſum ꝙ exurgaꝫ diluculo quo tempore eū reſurrexiſſe euāgelij lectio ſancta teſtatur. Confitebor tibi confeſſione laudis poſtq̄m reſurrexero p meos coram populis p̄dicādo laudes tuas et pſallam tibi virtuoſis operibus vt tu pater glorificeris a gentibꝰ

Hoc autem confitebor tibi confeſſione laudis. Quoniam magnificata eſt miſericordia tua vſqꝫ ad celos cum humanitas mea vſqꝫ ad celorum regna perducta eſt et veritas tua quam per prophetas dixeras qui nubes dicuntur per me adimpleta eſt.

Agentes ergo gratias dicimus cum p̄pheta. O chriſte. Exaltare ſuper celos deus et ſuper omnem terram manifeſtabitur gloria tua cum ſpiritusſancti donum in omnem carnem effuderis.

Pſalmus. LVII. in quo redarguitur malicia iudeorū contra xp̄m.

Propheta generaliter monens omnes fideles recte iudicare et vere loqui. et ſpecialiter in perſōa chriſti increpans iudeos qui aliud ꝺ criſto loquebantur et aliud iudicabant ait.

Filij hominum patriarcharū et p̄phetarū q̄s imitari debetis ſi vere qđ vtiqꝫ verū eſt iuſticiā loquimini dicendo mihi magiſter ſcimꝰ q2 a deo veniſti ꝛ viaꝫ dei in veritate doces recte iudicate q̄niā autē dicitis pꝰ coram pylato crucifige crucifige eū. ſic autē iudicantes ficte locuti iuſticiam cōp̄bamini. aliud in labijs. aliud in corde habentes.

Sed vos o iudei quō poteſtis de me recte iudicare Qui iniquas cogitationes in corde veſtro ꝯtra me operamini ī terra. i. in ꝓp̄o veſtro et ſic male cogitatis ita inique operamini malis eñ cogitationibus veſtris. opera veſtra cōcordant manus enim ſequit̄ cor. vnde iniqui eſtis corde et manu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et hoc ideo faciūt. q̄a Alienati ſunt pec-
catores iudei a v̄itate a vita beata a vul-
ua. i. ab ipſo origine. nō q̄a extūc peccauerit
ſed q̄a p̄cognonit dn̄s ab vtero illos pecca-
turos. vnde ſeq̄tur. erraauerūt ab vtero
i. errare preſciti ſūt ab vtero locuti ſūt fal-
ſa dicentes ſe filios abrahe cū opera abra-
he non facerent.

Quibus fuit furor in malo ad ſimilitu-
dinē ſerpētis non cuiuſcū q̄z ſed aſpidis
ſurde non q̄dem carentiſ aurib⁹ ſed obtu-
rantis aures ſuas terra et cauda ne au-
diat. vnde ſequit̄ Que aſpis q̄a obturat au-
res nō exaudiet vocem incātantiū.
vt ad lucē educat̄ et venefici incantātis
ſapiēter ſcḋm artē ſuā. cui merito iudei cōpā-
tur q̄ cordis auribus obturatis nolūt audi-
re ſcripture ſc̄te ſalubrimā doctrinā p̄ quā
reuocari poſſent ab errore et de tenebris ve-
nire ad lucē. obturantes aures ſuas. vnam
amore terrenorū alterā cauda. i. delectatiōe
peccatorū preteritorū

Propheta p̄dicēs penā eorū dicit. De⁹ ini-
micorū cōteret et deducet ad nihilū
dentes. i. doloſa verba et captioſaſ interro-
gationes et h̄ in ore ipſorū vt nō audeāt
pre cōfuſione loqui ſicut q̄n̄ poſuit ſilentiū
ſaduceis et phariſeis interrogātib⁹ ſi licz cēſū
dare ceſari et molas leonū. i. inclamatio-
nes mortis q̄s fecerūt iudei cruento ore cla-
mātes crucifige crucifige eū. cōfringz do-
min⁹. horū mole cōfracte ſūt q̄n̄ xp̄s reſur-
rexit Ad nihilū deueniēt tanq̄z aqua
decurrens q̄ cito abſorbet̄ a terra. ſz de⁹ p̄
miſericordiā ad ſalutē eorū arcū. ſ. minas q̄-
bus terret intendit et tādiu terret minis ⁊
flagellis donec infirmati et humiliati
ad penitētiā et cōfeſſionis ſalutē meliorata
ſe mente cōuertāt Sicut cera que igne diſ-
ſoluit̄ ſic illi mali q̄ in p̄fidia ſua indurati fu-
erint in futuro iudicio igne perimentur
ſupercecidit ignis ſup̄bie cōcupiſcētie ⁊
ire ſup eos. et ideo nō viderūt ſolem iu-
ſticie a q̄ oēs gētes illuminātur. Priuſq̄z
ſpine veſtre. i. que ſpinarū more p̄mo dele-
ctant poſtmodū pūgūt manifeſte perci-
piāt p̄ experientiā ramnū. i. acutiſſimā dā-

nationē in extremo ignis viciorū abſorbet
eos dū adhuc viuūt in vita iſta. q̄ dicun-
tur non abſolute viuentes. ſed ſicut viuētes
q̄a vita impiorū non eſt vera ſed falſa. et h̄ fit
in ira q̄a de⁹ tanq̄z irat⁹ puniet peccatores
Letabitur iuſt⁹ cū viderit punitionē
peccatorū nō zelo vindicte ſed zelo diuine
iuſticie cōcordās ſe diuine volūtati man⁹
ſuas lauabit in ſanguine pctōris. id eſt
opera ſua preſeruabit mūda ab inq̄namen-
tis malorū viſa eorū punitione q̄a ſtulto pe-
unte ſapiēs aſtutior erit

Quibus cōſideratis dicet q̄cūq̄z rōnabilit̄
loquēs. Quia vtiq̄z eſt fructus iuſto ď
bonis opibus ſuis. i. de ſua iuſticia ergo
a ꝯ̄ijs vtiq̄z domin⁹ diiudicās eoſ. id eſt
malos de iniq̄tatib⁹ eorū nō ſolū in futuro.
ſed etiā in vita p̄nti vbi florere vident̄. vult
ergo intelligi ꝙ nec mali in h̄ ſeculo oīno a
pena ſūt liberi q̄zuis florere videant̄. nec bōi
a bn̄ficiō ſeq̄ſtrati lz mūdaiſ oerib⁹ opp̄māt̄

Pſalm⁹. LVIII.

Vox chriſti et mēbrorū eius

ERipe me de ini-
micis meis q̄ oderūt me de⁹
me⁹ q̄z nō poſſum eripi ſine tuo
adiutorio. et ab inſurgentib⁹ in me v̄b
cōtumelioſ libera me. Eripe me non ſo-
lū de cogitātib⁹ mihi mala. ſz de his etiā
qui iniquitatē cōceptā mente durata
etiā operatione cōplerent et de viriſ
paratis ad effundendū ſanguinē in-
nocentū xp̄i et ſuorū. Salua me dico q̄z ecce
Ceperūt aniam meā. i. me ip̄z irruerūt
cū ip̄etu ſine oī rōne in me h̄ūilem fortes
ſup̄bi iudei p̄ncipes ſacerdotū et ſeniores
ipſi ď ſua iuſticia p̄ſumētes vt morti me tra-
derēt Ita p̄fidi iudei ſup me irruerūt ſine
cā. q̄z Nec iniquitas mea peccādo ꝯ̄ p̄-
ximū nec pctū meū factū ꝯ̄ deū merue-
rūt. q̄z h̄ mihi facere d̄buiſſet qui ſine ini-
quitate curſū vite preſētiſ peregi et di-
rexi v̄bo meo p̄dicatiōe mea ⁊ vite mee exē-
plo p̄uos ⁊ diſtortos hoīes q̄ztū i me fuit ad
rēz finē direxi. Occurre mihi ad te veiēti
q̄ l̄z natā diuiā z a te n̄q̄z diſceſſi ⁊ fac vt qui n̄